



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 66. Opinio Veglensis Episcopi circa Calicis usum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæcul. XVI.** dinalem Borromæum die quarta Julii  
A.C. 1562. ~~per~~ prescripferunt.

## §. LXVI.

*Opinio Veglenſis Episcopi circa Ca-  
licis uſum.*

**Pallav. n. 13.** Postmodum omnia hæc capita, ac  
Canones ita confecti ad Patres die  
quarta ejusdem Mensis Martii con-  
gregatos deferebantur, ex illis tamen  
pauci absque ulla oppositione appro-  
bati fuere.

**Pallav. c. 7.  
num. 13.** His peractis Albertus Duimius de  
Gliricis Veglenis Episcopus, seu ut alii  
scribunt, Augustinus Ilerdanus Anti-  
stes exponebat, quod in Insula Cypria  
ac Creta, & in aliis regionibus sint prope  
sexcenta hominum millia, qui usum  
calicis retinent, & tamen cum Eccle-  
sia Romana convenient, adeoque caven-  
dum, ne damnentur, quemadmodum  
indicant verba capitum digestorum,  
quod non modicam perturbationem ex-  
citaret.

His dictis sic prosequebatur: „Ego pu-  
„to, quod clarioribus verbis Synodimens  
„sit explicanda, eo quod mentione facta  
„de consuetudine, qua Galliarum Re-  
„ges in coronationis suæ die Sacramen-  
„tum sub utraque specie suscipere so-  
„lent, hic uius comprobari videre-  
tur.

„tur. (\*) Præcipue cum privilegii cu- Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
„jusdam exemplar legerim, vi cuius  
„Græcis omnibus concedebatur usus  
„utrius-

(\*) Haud dissimulanda est sublesta Conti-  
nuatoris fides, qua falso allegans Pallavicini-  
num hæc a Vegliensi Episcopo proposita nar-  
rat, cum tamen Pallavicinus hæc a Franciæ  
Oratoribus proposita referat, ut autem suo  
commento excusationem promptam submini-  
straret, studiose addidit, hunc Præfulem juxta  
alios, nempe Sarpium suum, quem itidem in  
hoc quoque Pallavicinus num. 14. confutat,  
fuisse Herdanum Antistitem nomine Augusti-  
num, ut hoc artificio subnectere posset se-  
quentia verba, in quibus Pallavicinus ait:  
Augustinum, & Ragazzonum suassisse, ut hæc  
Concilii mens clarioribus verbis explicaretur, &  
ex his prior testabatur, privilegii cuiusdam  
exemplar a se lectum fuisse &c. Percipiamus  
autem etiam priora Pallavicini verba: *Liber-*  
*lum etiam, inquit ille, protulerunt Oratores*  
*Galici, in quo non modo eandem, quam Cæsa-*  
*rini relaxationem petebant, sed insuper postula-*  
*bant, ne in quovis Decretorum eventu ullum*  
*afferretur detrimentum Regi Christianissimo,*  
*qui suæ consecrationis die solitus est pro vetustis-*  
*sima consuetudine sub utraque specie Sacramen-*  
*tum suscipere, idque usurpari in eo Regno, a*  
*nonnullis Cœnobii Ordinis Cisterciensis certis*  
*quibusdam diebus.*

**Secul XVI.** „utriusque simul speciei, eorumque  
A.C. 1562. „infantibus Eucharistiæ sumptio; insu-  
 „per vidi pariter in S. Petri Sacrario  
 „volumen, quod Cardinalis Deusdedit,  
 „anno millefimo nonagesimo post Gre-  
 „gorium VII. scripsit aduersus Schis-  
 „maticos, & Simoniacos, in cuius se-  
 „cundo libro mentio habetur, tanquam  
 „de illius ætatis consuetudine, quod  
 „statim post Baptismum daretur infan-  
 „tibus panis Consecratus, vino made-  
 „factus,,

Cum ergo huic opinioni Prælato-  
 rum nonnulli accederent, decreti for-  
 ma fuit immutata, ac proin cum prius  
 in decreto hæc legerentur verba: *Ecclesia ductu Spiritus Sancti gravibus, ac  
 justis caussis adducta, unam solum speciem,*  
*hoc est panis, dederat laicis, & clericis*  
*non confientibus Sacramentum:* ita postea,  
 sicuti nunc in capite secundo Sessionis  
 vigesimæ primæ exstat, substitutum est,  
*licet ab initio Christianæ Religionis non in-*  
*frequens utriusque speciei usus fuisset; Ecclesias tamen Catholica progressu temporis*  
*latissime jam mutata illa consuetudine, gra-*  
*vibus, & justis caussis adducta, hanc con-*  
*suetudinem sub altera specie communicandi*  
*approbavit, & pro lege habendam decre-*  
*vit, quam reprobare, aut sine ipsius Ec-*  
*clesiae auctoritate pro libito mutare non*  
*licet.*

§. LXVII.